



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 76. Papiensis obsidio continuata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

Sæcul. XVI. runt recuperatæ, & Renceus de Ceri  
A.C. 1525. tria armatorum millia in sinu Specciæ  
 exscendere jussit, indeque nullo prope-  
 modum obſistente copias suas Albaniæ  
 Duci conjunxit.

## §. LXXVI.

*Papiensis obsidio continuata.*

*Guicciardini l. 15.* Franciscus Galliarum Rex tam strenui  
*Mem. du Bel-* Belliducis captivitate inflatus, Me-  
*lai l. 2.* diolanum contendit, ut corpus (ita fa-  
*Ant. de Vera* ma ferebat) ab obsidionis laboribus de-  
*l.c. p. 93.* fatigatum recrearet, & civium animos  
 muneribus, quæ Principes in ejusmodi  
 eventibus liberalius effundere solent, sibi  
 magis magisque conciliaret: Demum  
 vero post duarum dierum, & noctium  
 moram, ad obsidionem revertebatur.  
 Interea Borbonii Dux cum suppeditiis,  
 quas in Germania collegit, propius ac-  
 cesserat, quo circa Rex comperto ejus  
 adventu Albaniæ Ducem unacum co-  
 piis suis revocare compellebatur; cum  
 vero interim Gallorum exercitus Hel-  
 veticorum, ac Grisonum supplementis  
 augeretur, Dux subsistere jubebatur,  
 dato etiam negotio, ut modicis itineri-  
 bus Neapolin versus progrederetur, non  
 equidem animo, ut illud occuparet,  
 id enim prorsus risu dignum fuisset, sed  
 potius ut hostem ementitæ hujus expedi-  
 tionis

tionis metu turbaret, eo vel maxime, Sæcul. XVI.  
 quod Fœderati pecuniis destituti nun- A.C. 1525.  
 cium accepissent, Papiæ obseffos ad tan-  
 tas redigi angustias, ut diutius urbem  
 tueri delperarent, nisi opportune Nea-  
 polis Prorex felici stratagemate pecu-  
 nias civitati intulisset. Præterea Obses-  
 si non modo pulvere nitrato, sed & vi-  
 no, omnisque generis annona (excepto  
 pane) carebant, unde inter milites se-  
 ditio mota est, minantibus etiam Ger-  
 manis peditibus, ex quibus potissimum  
 præsidium constabat, se urbem Gallis  
 tradituros, nisi Antonius de Leva sua  
 illis stipendia brevi numeraret. Anxiis  
 omnino curis urgebatur Gubernator,  
 partim ut seditiosis in urbe satisfaceret,  
 partim ut obsidentibus resisteret, qua-  
 propter de turbido rerum statu Prore-  
 gem edocuit, qui protinus malo reme-  
 dium attulit.

### §. LXXVII.

#### *Lanoyii stratagema ad pecunias Pa- piensibus aduehendas.*

Igitur Lanoyus Prorex duos Longobar- Mem. da  
 dos, qui frumentarios negotiatores Bellai l. 2.  
 agebant, atque in Gallorum castris vi-  
 na vendebant, ad suas partes attraxit,  
 eisque persuasit, ut dolium quoddam,  
 in quo doliolum cum tribus aureorum

K k 4 milli-